

Nam si virtutes permixto semine pugnent
nec faciant unam permixto in corpore, dirae
nascentem gemino vexabunt semine sexum.

5

PARTHENIUS PRESBYTER

- 1 Tempore quo medio peragunt sum sidera cursum
noctis et obscuris densantur cuncta tenebris,
cum refugit somnus fallaxque recedit imago
teque tenax nostris totum memoria reddit
sensibus, intuimur corde amplexuque tenemus
et fruimur mutuis tacito sic ore loquellis. 5
Ast ego cernere sic te absentem gratulor absens:
credo equidem quod docta parem nec Graecia misit
nec Larissa potens similem procreavit Achillem,
te qualem armipotens, te fertilis Africa frugum 10
vexit ad astra virum. Quem claro lumine fulgens
sol fecit placido nostro de pectore tolli.

5

10

01